



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 16. Gradum Licentiae in Theologia anno 1626. suscipit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

DOMINE, quod dixi, dictum, factum,  
gratum, ratumq; volo; affectu, effectu,  
fructuque, quoad licet, maximo.]

Hunc actum hac forma prolixiore, se-  
mel in die, præsertim manè, vel ante seu  
post *sacrum*, exercere sufficit. Sed sæpi-  
sime ad signa constituta reperatur, quod  
haud erit difficile, cùm solâ & vnicâ men-  
tis directione seu reflexione fieri possit.  
Item dicendo: O IESV. Vel: O DEVS  
MEVS, & OMNIA.

## C A P V T XVI.

*Gradum Licentiae in Theologia Anno 1626.*  
*suscipit.*

**I**ure Coloniensis urbis pleraque cura-  
ta beneficia gradum in Theologia re-  
quirunt, velut publicum eruditionis par-  
tæ testimonium, ut Curiones auctoritate  
maiori plbū præsint, norintq; conscienc-  
iæ questiones ipsi definire. Non defuit  
officio suo Iacobus, nam A. 1618. Bacca-  
laurearum Biblicum, sequenti formatum  
recepérat. Itaque A. 1626. 4. Nouembris  
gradum eidem in Theologia Licentiae  
contulit Ioannes Gelenius Decanus A-  
postolicus & Vicarius generalis, cui virtus  
& do-

& doctrina recondita viri , pridem erat exploratissima , nam decennium eodem praeside & moderatore studiorum suorum usus erat Iacobus , eundem in consilium in rebus maioris momenti adhibebat : neque enim praefracte suam solitus fuit tueri sententiam ; sed libenter aliorum placitis , quæ saniora videbantur , acquiescebat .

Adnotauit ipse diligenter annum diemq; recepti gradus , hac adiecta clausula : *Hic iubet Plato quiescere* ; nam altior rem lauream , neque functionibus suis necessariam , neque proposito mentis , & *Curgratum Do-*  
*voto postea concepto satis congruam re-*  
*batur , malebatque sumptus tam grandes non ad-*  
*in ea caritate annonæ , qua multi fame miserie-*  
*moriebantur , in usus pauperum dispen-*  
*fare.*

Talentum verò doctrinæ sibi creditum à Deo quām utilissimè cœpit in proximarum & propriam perfectionem accurandom diligenter impendere , quem in finem excusit sedulò SS. Patres & Scriptores omnes , qui Pastoralis officij partes & obligationem tractant & contemplantur uberioris . Nec yllis deinceps pepercit sum-

6 ptibus

**Cura Bi-** ptibus, dum Bibliothecam à libris non  
**bliotheca.** tam curiosis, quàm ad scopum suum fa-  
 cientibus instruxisset. Hic eius post Deum  
 & officium thesuarus omnis, animiq; re-  
 laxatio, quæ tantam animo pariebat cum  
 vtilitate summa voluptatem, vt somni ci-  
 biq; vix memor, ipsorum etiam quando-  
 que morborum acutissimorum dolores  
 ne persentiscere quidem videretur ; quæ  
**Amor s̄u.** tamen eò referebat, vt omnes officijs sui  
 dorum, partes clariùs perspiceret & expleret stu-  
 diosiùs.

## C A P V T      XVII.

*Inducit in Parochiam frequentationem  
 Sacramentorum.*

**T**Acet D. Virginis Mariæ in Pasculo Pa-  
 rochia in templi Metropolitani cornu  
 sinistro versus Occidentem, ostio solūm  
 à reliqua Basilica discreta; nec concionan-  
 di munus adnexum habet, quo funguntur  
 à multis annis Patres Societatis Iesu in Æde  
 Principe manè & post meridiem. Vnde  
 totus in eo sub initium fuit, vt eorum Sa-  
 cramentorū induceret frequentiam, qui-  
 bus animæ puritas & gratia vel acquiritur  
 vel conseruatur. Ad sacrū tribunal quoti-  
 die